

**Modvs Frvctvose Celebrandi Missam**

**Giustinelli, Pietro  
Belli, Domenico**

**München, 1649**

Litania De Nomine Iesv.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

258.

eracissimo vulneri tuo, omnes  
animas, quæ in purgatorio  
detinencur.

Pater noster, &c.  
Aue Maria, &c.

---

---

LITANIA  
DE NOMINE  
IESV.

Kyrie eleison.  
Christe eleison.  
Kyrie eleison.  
Christe audi nos.  
Christe exaudi nos.

Pa-

259

Pater de cœlis Deus, Miserere  
nobis.

Fili Redemptor mundi  
DEVS,

Spiritus sancte Deus,

Sancta Trinitas unus Deus,

Iesu Fili DEI viui,

Iesu potentissime,

Iesu fortissime,

Iesu perfectissime,

Iesu gloriofissime,

Iesu mirifice,

Iesu jucundissime,

Iesu carissime,

Iesu splendidior stellis,

Iesu pulchrior luna,

Iesu clarior sole,

Iesu admirabilis,

Iesu honorabilis,

Iesu humillime,

Miserere nobis.

Iesu

Iesu mitissime,  
 Iesu patientissime,  
 Iesu obedientissime,  
 Iesu dulcissime,  
 Iesu amator castitatis,  
 Iesu amor noster,  
 Iesu amator pacis,  
 Iesu speculum vitae,  
 Iesu exemplar virtutum,  
 Iesu zelator animarum,  
 Iesu refugium nostrum,  
 Iesu pater pauperum,  
 IESV consolator afflictorum.  
 Iesu thesaurus fidelium,  
 Iesu gemma pretiosa,  
 Iesu armarium perfectio-  
     nis,  
 Iesu bone pastor ouium,  
 Iesu stella maris,  
 Iesu lux vera,  
 Iesu

Miserere nobis.

Iesu sapientia æterna,  
 Iesu bonitas infinita,  
 IESV. gaudium Angelo-  
     rum,  
 IESV Rex Patriarcharum,  
 IESV inspirator Prophe-  
     tarum,  
 IESV magister Apostolo-  
     rum,  
 IESV Doctor Euangeli-  
     starum,  
 IESV fortitudo Marty-  
     rum,  
 IESV lumen Confesso-  
     rum,  
 IESV corona Sanctorum  
     omnium,  
 Propitius esto , Parce nobis  
     Iesu.  
 Propitius esto , Exaudi nos  
     Iesu.

{}

Miserere nobis.

Ab,

Ab omni malo,  
Ab omni peccato,  
Ab ira tua,  
Ab insidijs Diaboli,  
A transgressione manda-  
torum tuorum,  
Per incarnationem tuam,  
Per aduentum tuum,  
Per nativitatem tuam,  
Per labores tuos,  
Per flagella tua,  
Per mortem tuam,  
Per resurrectionem tuam,  
Per ascensionem tuam,  
Per coronationem tuam,  
Per gaudia tua,  
Per gloriam tuam.  
Peccatores. Te rogamus audi-  
nos.  
Ut pacem nobis dones, Te ro-  
gamus audi nos,

Vt sanitatem nobis dones,  
Vt compunctionem cordis nobis dones,  
Vt fontem lacrymarum nobis dones,  
Vt illicitas voluptates à nobis absindere digneris.  
Vt spatium pœnitentiæ nobis dones,  
Vt remissionem omnium peccatorum nostrorum nobis dones,  
Vt gratiam tuam nobis concedere digneris,  
Vt ad gaudia æterna nos perducere digneris,  
Vt Dominum Apostolicum in sancta religione conferuare digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt

Ut nobis tua misericordia, vi-  
tam & prosperitatem, vi-  
ctoriam, atque post obitum  
requiem æternam donare  
digneris, Te rogamus audi-  
nos.

Ur cunctum populum Chri-  
stianum in perpetua pace  
conseruare digneris, Te ro-  
gamus audi nos.

Ut animabus parentum no-  
strorum, requiem æternam  
donare digneris, Te roga-  
mus audi nos.

Fili DEI, Te rogamus audi-  
nos.

IESV qui tollis peccata mun-  
di, parce nobis Domine.

IESV qui tollis peccata mun-  
di, exaudi nos Domine.

IES-

265.

IESV qui tollis peccata mun-  
di, miserere nobis.

*Antiphona.* Omnis qui inuo-  
cauerit nomen Domini sal-  
uus erit.

*V.* Sit nomen Domini bene-  
dictum.

*R.* Ex hoc nunc & usque in se-  
culum.

*Oremus.*

DEVS qui gloriose ac mi-  
rabili nomine dilectum  
unicum tuū , Filium Redem-  
ptorem nostrum , IESVM ap-  
pellare voluisti : concede pro-  
pitius , ut qui eiusdem bene-  
dicti Saluatoris nomen cele-  
briter veneramur in terris , eius

S feli-

felici consortio pereaniter per-  
fruamur in cœlis, Amen.

---

## ACTVS CONTRI- TIONIS.

DOMINE mi Iesu Christe, verus Deus, & verus homo, Creator & Saluator meus, doleo ex toto corde meo quod te offenderim, quia tu Deus meus es, & te amo super omnia; firmiterque statuo numquam post hac peccare, sed omnes peccandi occasiones evitare. Propono quoque peccata mea confiteri, pœnitentiam quæ iniuncta fuerit exsoluere, & si quid alicui debam.